

cere detrectant, ne illam a semetipsis inchoare cogantur, vel quia beneficia simplicia, quorum dispositio ad eos libere spectat, occurrente illorum vacatione, suis familiaribus, aliisve personis sibi gratis, et benevisis conferre volunt: hinc est, quod Nos omne scopulum, et obicem impeditivum boni spiritualis ab ejusmodi seminariorum erectione provenientes e medio prorsus tollere ac remove re intendentes, motu, scientia ac potestatis plenitudine paribus, congregationem seminariorum nuncupandam, in qua venerabiles Fratres Nostri S. R. E. cardinales congregationi super negotiis et consultationibus episcoporum et regularium, nec non congregationi interpretum concilii Tridentini, præfati utriusque congregationis secretarii, datarius, seu prodatarius, ac subdatarius, nunc, et pro tempore existentes esse debeant, tenore præsentium perpetuo erigimus ac instituimus, ejusdemque congregationis secretarium illum ipsum, qui congregationis concilii prædicti secretarius pro tempore fuerit, constituimus ac deputamus: prædictæque congregationi, ac illius secretario, omnium et singulorum seminariorum in locis, ubi adhuc erecta non sunt, erigendorum, et ubi erecta quidem sunt, sed sufficienter non habent redditus, iis pro modo indigentia, ut præfertur, augendorum, omnimodam curam committimus, ac demandamus, nec non ejusdem congregationis deputatis prædictis semel singulis mensibus, et quoties opus fuerit, se congregandi, dictorum seminariorum erectionem promovendi, jam erectorum statum, et proventus recognoscendi, eorum necessitatibus opportune consulendi, taxas approbandi, reformandi et augendi, numerum alumnorum in singulis seminariis taxandi et præfigendi, eumque pro modo reddituum augendi et minuendi, statuta pro recto felicitate eorumdem seminariorum regimine et administratione condendi, eaque mutandi, variandi, corrigendi, ac toties, quoties illis expedire videbitur, de novo faciendi, emergentes controversias summarie, solaque facti veritate inspecta, cognoscendi et definiendi, visitatores etiam, qui ejusmodi seminaria diligenter perlustrent, et an recte, atque fideliter administrantur, ac in iis potissimum regulæ a Trid. conc. præscriptæ, sedulo adimpleantur, inspiciant et recognoscant, ubi, quando et quoties opus esse judicaverint, facto tamen prius verbo cum Rom. Pontifice pro tempore existente delegandi ac deputandi; aliaque in præmissis necessaria et opportuna pro data ipsis a Domino prudentia decernendi et gerendi, et exsequendi plenariam atque omnimodam facultatem, potestatem et auctoritatem tribuimus, concedimus ac impartimur.

§ 7. « Universis itaque episcopis, quorum in diocesisibus non adsunt, vel congruis redditibus instructa non sunt seminaria, per præsentem injungimus et mandamus, ut quam primum præfatam taxam sedulo conficiant, eamque ad antedictæ congregationis secretarium infra sex menses a die publi-

cationis præsentis constitutionis computandos omnino transmittant, una cum distincta et accurata relatione omnium beneficiorum suarum diocesium, eorumque annui valoris, nec non locorum animarumque, et Ecclesiarum in illis existentium cum suis qualitatibus, ad hoc ut eadem congregatio, omnibus mature perpensis, statuere possit, an prædicta taxa approbari, nec debeat, simulque numerum alumnorum in unoque seminario retinendorum, et summam pro singulorum sustentatione necessariam præscribere, et reliqua tandem omnia, quæ pro recta eorumdem seminariorum administratione, sedulaque alumnorum institutione utilia, ac opportuna salubriter decernere valeat.

§ 8. « Omnibus insuper episcopis præfatis, ne de cætero pro se vel suis vicariis, aut familiaribus quibuscunque sub quovis colore, et prætextu, habitatione, coquina, famulis, ministris, aut officialibus seminarii, vel lectoribus, magistris, sacerdotibus, clericis quoquomodo inservientibus eidem seminario, et alumnis, vel a seminario salariatis et sustentatis, ac quomodocunque retentis uti audeant, districte sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ vetamus ac inhibemus. Non tamen per hoc prohibere intendimus episcopo Pontificalia exercenti, ne cæremoniarum magistro vel sacerdotibus a seminario retentis uti possit, imo ut eorum opera, ac assistentia in hujusmodi sacris functionibus libere uti valeat, plenam ipsi episcopo tribuimus facultatem.

§ 9. « Postremo, saluberrimæ præfati concilii dispositioni inhærentes, volumus, præcipimus et sancimus, ut in omnibus seminariis, tam hactenus erectis, quam in posterum erigendis, alumni grammatices, cantus Gregoriani, computi, aliaque bonarum artium tantum disciplina erudiantur, et sacræ Scripturæ, catechismi, aliorumque ecclesiasticorum librorum, præsertim vero de sacramentis, sacrisque ritibus, et cæremoniis tractantium, lectioni diligenter incumbant, ut, cum ad vineam Domini excolendam vocati fuerint, dignos, peritos utilesque operarios sese probare valeant, fructumque ei reddant uberrimum, temporibus suis.

§ 10. « *Decernentes, præsentis litteras, etc.*

§ 11. « *Non obstantibus, etc.*

§ 12. « *Ut autem præsentis litteræ, etc.*

§ 13. « *Nulli ergo omnino hominum, etc.*

« Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1725, VII Idus Maii, pontificatus nostri anno I. »

(180. Insuper ad complementum subnectuntur hic instructiones, quæ de mandato dicti Benedicti XIII, emanarunt circa taxam seminariorum, quæ transmissa fuit ad episcopos Italiæ, et insularum adjacentium cum sequenti Encyclica epistola :

« Rever. D. uti Fr. Cum in omni republica experimento semper compertum fuerit, tales esse cives, quales educatione informantur, nihil certe opportunius ad ecclesiasticam disciplinam conservandam vel restaurandam excogitari potuit, quam institutio col-

legiorum, in quibus adolescentes ecclesiasticis ministeriis addicendi, religione et bonis artibus instruerentur, adeo, ut ejusmodi collegia, quasi perpetua essent legiorum Dei ministrorum, et pro animarum salute operariorum seminaria. Jure itaque ac merito in immortalis laude versabitur hoc, quod a Patribus sacrosancti conc. Tridentini in eam rem providentissime fuit constitutum. Fidem quippe fecit eventus, quam vere tunc a nonnullis (ut habetur in historia a cardinali Pallavicino perscripta) dictum fuerit, satis utiliter labores omnes impensos, omnemque operam positam, ubi etiam nihil aliud commodi in Christianam rempublicam inde manasset, quam recta ubique ejusmodi collegiorum institutio.

« Primus porro, qui memorati concilii sanctionem ad effectum perduxit, fuit divus Carolus Borromæus archiepiscopus Mediolanensis, et adeo quidem apposita ad clericos bonis moribus ac disciplinis imbuendos ratione, adeoque sapientibus pro recta seminariorum gubernatione legibus conditis, ut in hoc etiam de universa Ecclesia optime meritis dicendus sit, cum plurimi inde sumpserint exemplam, quod publico uberimoque cum fructu imitarentur.

« Inter cæteros vero antistites, qui gloriosi illius archiepiscopi vestigia sunt persecuti, maxime enituit cardinalis Vincentius Maria Ursinus, quem modo summum catholicæ Ecclesiæ moderatorem veneramus. Is enim Syppontinæ metropolitanæ ecclesiæ gubernaculis admotus, cum ejus seminarium invenisset jam pridem Turcarum incursione anno 1620 vastatum, funditusque eversum, nihil habuit antiquius, quam ut illud redintegraret, idoneisque proventibus instrueret, multo etiam ære suo in eam causam collato, id, quod honorificentissimis, ut par erat, verbis laudavit sub annum 1679, sacra congregatio Episcoporum et Regularium negotiis præposita. Deinde vero ad aliam archiepiscopalem sedem Beneventanam translatus, pari pietate ac liberalitate seminarii ædes horribili terræmotu bis quasalas prostratasque longe magnificentius restauravit, illudque saluberrimis constitutionibus et documentis firmavit, ac optimis largitionibus auxit, quarum monumenta exstant in synodorum Beneventanarum volumine; cumque Tusculanæ quoque postmodum regimen Ecclesiæ suscepisset seminarium numero, et loco perangustum, et amplificari jussit, et augeri, adjunctisque collegio Patrum Societatis Jesu novis ædibus, alumnos convictoresque sub eorum disciplina, bonis moribus et litteris voluit informari.

« Ex his sane, quæ fecit archiepiscopus de seminariis Ecclesiarum, quibus præfuit, certam capere licuit conjecturam sollicitudinis, et curæ, quam Pontifex Maximus de omnium Ecclesiarum seminariis esset suscepturus. Et expectationi quidem cumulate respondit eventus. Nam in Romano concilio superiore anno habito Sanctitas Sua non solum plura edixit monita bene gerendæ

hujusmodi collegiorum administrationi consentanea, verum etiam peculiarem constitutionem promulgavit in ejusdem concilii appendice relata, qua omnibus præsulibus ecclesiarum in Italia insulisque adjacentibus existentium jussit, omni cunctatione abjecta, institui seminaria, sicubi hactenus non essent, nec non sustentationi collegiorum, sive institutorum, sive instituendorum congruentia subsidia comparari, facta quoque ad id facultate imponendi, augendique taxam super omnibus beneficiis, quibus etiam fruerentur personæ exemptioni hæc assuetæ, itemque, ubi opus fuerit, et quatenus taxa non sufficeret, uniendi iisdem seminariis beneficia simplicia, etiam quomodocunque affecta, et dispositioni Sedis Apostolicæ reservata, quemadmodum fusius in memorata constitutione habetur.

« Cum vero ibidem quoque sanctissimus D. N. peculiarem congregationem instituerit, quam voluit præesse istiusmodi seminariorum negotio, hæc, ut mandato sibi muneris satisfacere aggrediatur, Amplitudini Tuæ, itemque aliis prædictorum locorum ordinariis per has litteras, Sanctitate Sua annuente, scriptas significandum duxit, quid facto opus esset.

« Primum igitur renuntiabit Amplitudo Tua, num in ista diocesi seminarium clericorum fuerit hactenus institutum: quod si non fuerit, commodiorem pro suo judicio illius instituendi rationem indicabit, referetque etiam, tum quot sint annui proventus mensæ episcopalis, canonicatum, aliorumque beneficiorum totius dioceseos, tum vero an ulla sint beneficia simplicia, quæ seminario fundando ascribi unione perpetua possint, vel etiam, an in aliqua confraternitate aut loco pio redditus annui redudent, postquam oneribus, quæ ipsis inhærent, satisfactum fuerit, et demum an in ecclesia metropolitana, cui tanquam suffraganeus subsit, commodum inveniatur seminarium, ut cum archiepiscopo agi possit, ut aliquos suæ diocesis alumnos ad illud admittat.

« Si autem exstat seminarium, partes tuæ erunt, memoratam sac. congregationem de iis, quæ subjicientur, diligenter certiorum reddere. I. Videlicet, an ejusdem seminarii ædes tales sint, ut in iis convenienter habitare alumni, et præceptores possint. II. Quot ibi commorentur adolescentes, quotve præceptores, alique ministri. III. Quot sint clerici, qui ob egestatem suam gratuito alantur, quotque alii, qui quotidiani victus pretium de suo respondeant. IV. An numerus adolescentum, qui in seminario non educantur, satis respondeat necessitati totius dioceseos, vel si impar sit, quot præterea addendi videantur. V. An certæ leges pro seminarii gubernatione conditæ jam fuerint, eaque accurate serventur. VI. An alumni illas exercitationes obeant, iisque bonis artibus ediscendis dent operam, quæ præscriptæ sunt a sacro concilio Tridentino, sess. xxiii, cap. 18, *De reformat.* VII. An seminarium idoneis proventibus sit instructum, et quænam sit annua eorum quanti-

tas. VIII. Num ab Amplitudine Tua vel a prædecessoribus tuis unita seminario fuerint ulla beneficia simplicia, vel bona parvorum cœnobiorum suppressorum. IX. An seminarii commodo imposita jam fuerit super beneficiis, aliisque ecclesiasticis redditibus istius dioceseos taxa ulla, vel quanta, et ad quam normam constituta. X. An hujusmodi contributio re ipsa, diligenterque persolvatur a mensa episcopali, cæterisque omnibus huic oneri obnoxii. XI. An in ista diocesi ulla sint beneficia simplicia, quorum unione suppleri valeat id, quod forte necessariæ sustentationi seminarii desit, vel in ordinariis ejus proventibus, vel etiam in prædicta contribuzione. XII. An, quomodo exigatur quotannis a seminarii ministris ratio administrationis reddituum ad illud pertinentium.

« Quoniam, vero in citata constitutione SS. D. N. præcipitur, exactionem taxæ, ubi hæc imponenda fuerit, mandari idoneo viro deligendo ab Amplitudine Tua, et a capitulo cathedralis ecclesiæ, communi quidem periculo, si ille officii sui partes haud recte impleverit, significari quoque sibi optat sacra congreg. quisnam tali muneri idoneus istis existimetur.

« Denique, ut uberius haberi sic possit notitia omnium, quæ ad seminaria ecclesiastica spectant, Amplitudo Tua referre etiam non gravabitur, quoniam anno et a quonam assistite seminario fuerit institutum, vel quinam alii præsules institutionem ejus, vel amplificationem opere aut ære suo juvaverint. Ad hæc quinam liberalium artium sacrarumque scientiarum magistri, præ cæteris ibi floraverint, quive alumni ex eodem seminario prodierint doctrinæ laude præstantes, vel obitus subinde muneribus, partisque dignitatibus præclari.

« Una cum hac epistola instructio super taxa seminario solvenda ad Amplitudinem Tuam transmittitur, cui se conformare debet, et interea fausta omnia a Deo Optimo Maximo precamur. Romæ hac die 30 Martii 1726.

« Amplitudinis Tuæ, etc. »

Istruzione sopra la tassa da imporsi, o pagarsi per l'istituzione, e mantenimento rispettivamente de' seminarj.

1. Oltre la costituzione fatta dalla Santità di nostro signore Papa Benedetto XIII, sopra l'erezione e sostentamento de' seminarj per l'Italia, e l'isole adiacenti, ed oltre la lettera circolare scritta sopra la medesima materia per ordine della Santità Sua a tutti gli ordinarij dei Luoghi predetti, si è stimato necessario fare la presente istruzione da mandarsi unitamente colla lettera poc' anzi accennata ai predetti ordinarij, e di regolarla colle risoluzioni prese altre volte dalla sacra congregazione del Concilio, ad effetto d'imporre a dovere la tassa, e di levare per quanto sarà possibile ogni occasione di lite, che potesse insorgere nella detta imposizione, coll' avvertenza, che quanto si dirà nella presente istruzione,

dovrà avere luogo tanto nel caso, in cui non sia stato eretto nella diocesi il seminario, ma debba erigersi, quanto nel caso, in cui il medesimo già sia stato eretto, e debba mantenersi, avendo altre volte la sacra congregazione del Concilio (Sac. congreg. Conc., in *Visitationis SS. Lim.* 10 Mart. 1663, lib. xxiii *Decr.*, pag. 431 et seq.) risoluto, che i rimedj prescritti dal sacro concilio di Trento alla sess. xxiii, cap. 18, *De reform.*, per l'erezione de' seminarj, debbano ancora adoprarsi per la loro conservazione in tal maniera, che chiunque è obbligato a contribuire per l'erezione del seminario, resta altresì obbligato a contribuire per la conservazione del medesimo, dopo che è stato eretto.

2. E perchè il procedere con ordine, e distinzione sembra il metodo più adattato, tanto per la teorica, quanto per la pratica, quindi è, che nella presente istruzione s' incomincerà a parlare dell'obbligo dell'ordinario circa la contribuzione, che deve fare al seminario, per proseguire dopo tutto ciò, che riguarda l'obbligo degli altri inferiori.

§ I.

Della contribuzione, o sia tassa da pagarsi dall' ordinario al suo seminario.

3. Cosa certa si è, che la mensa, o patriarcale, o arcivescovile, o vescovile è obbligata a pagare la contribuzione, o sia la tassa al seminario, derivando quest' obbligo dalla lettera del sacro concilio di Trento alla sess. xxiii, cap. 18, *De reform.*, qual disposizione conciliare è rinnovata nella costituzione di nostro signore Papa Benedetto XIII, al § *Cum itaque seminarj.*

4. In esecuzione dunque non meno del sacro concilio, che della costituzione di nostro signore, dee ogni ordinario attentamente riconoscere a qual somma ascendano le annue entrate della sua mensa, ed istabilita la rendita, dee obbligarsi a pagare, e con effetto puntualmente pagar ogni anno al seminario, quella quota, che ogn' altro beneficiato, e qualunque altra persona obbligata a contribuire paga ogni anno al predetto seminario, quale quota non deve esser meno del tre per cento, nè maggiore del cinque per cento dell' annua sopradetta entrata, secondo ciò che altrove si accennerà, essendo la contribuzione al seminario un vero debito, a cui gli ordinarij, e gli altri, che hanno il peso di pagare, sono obbligati tam in foro Poli, quam in foro Fori, ed al quale pagamento in caso di retinezza non si mancherà dalla congregazione particolare deputata da nostro signore su queste materie d'astringere secondo i termini di giustizia.

5. Ed avveguachè siano nate, e possino altresì nascere alcune controversie intorno alla liquidazione dell' annua entrata, o per le spese, che devono farsi per raccogliere i frutti, e l'entrate, o per altri obblighi fissi, che abbiano gli ordinarij, o pure per le pensioni, che sono obbligati a pagare, si sog-

giugne, che l'annua entrata regolativa della contribuzione, o sia tassa del seminario (sac. congr. Conc., in *Ulyxiponen.* anni 1673, lib. i *Decr.*, pag. 174 a tergo, et pag. 175), è quella, che sopravanza, detratte le sole spese necessarie per la percezione de' frutti, che parimente per fissare l'annua entrata, si devono dedurre quegli obblighi soli, che sono stati imposti avanti il sacro concilio di Trento, e finalmente in ciò, che riguarda le pensioni, o fisse, o vitalizie, dee l'ordinario (conc. *Trid.*, sess. xxiii, c. 18, *De reform.*) pagare non solamente la quota corrispondente alla sua annua entrata, ma altresì la quota appartenente al pensionario, ritenendosi dal pagamento della pensione ciò, che avrà per esso pagato al pensionario, nel caso però, in cui il pensionario nell'imposizione della pensione non fosse stato con ampio, e letterale privilegio esentato dal Papa dal contribuire al seminario. Imperocchè in questo caso l'ordinario sarebbe obbligato (sac. congr., in *Foroliviens.* 16 Jul. 1661, lib. xxii *Decr.*, pag. 584 a tergo, et pag. 585) a pagare per esso, e non potrebbe nel pagamento dell'annua pensione ritenersi ciò, che ha pagato per esso. Il che però, non può succedere, nè succederà oggidì non solo per ciò, che è stato stabilito dalla Santità di nostro Signore nella sua costituzione, come dirassi più a basso, ma ancora per avere con molta maturità la sacra congregazione del Concilio (sac. congr. Conc., in *Romana contributionis seminarj* 3 Febr. 1646, lib. xviii *Decr.*, fol. 20 a tergo, in *Spoletana*, die 30 Sept. 1710) altre volte determinato, che sono esenti dalla tassa del seminario per i beneficij, e le pensioni che hanno, se non quelle persone, che non sono eccettuate nel sacro concilio di Trento, e che però sono tenuti al pagamento gli eminentissimi signori cardinali ancorchè Camerali, li prelati, ed i familiari del Papa, nè suffragare a questi verun privilegio d'esenzione, se in esso non si fa una speciale, ed individua deroga al sacro concilio, ed un'espressa menzione del pagamento, che facevasi al seminario dai predetti beneficij, e pensioni, avanti che i beneficij fossero stati conferiti, e le pensioni fossero state assegnate ai predetti personaggi.

6. Aggiungendo che il detto sin' ora rispetto alle spese per la collezione de' frutti, per gli obblighi e per i pagamenti per i pensionarij, procede non solo per gli ordinarij, ma ancora per i beneficiati, ed ogni altra persona obbligata alla più volte nomita tassa del seminario.

§ II.

Della contribuzione, o sia tassa da pagarsi da' capitoli della metropolitana, o cattedrale, e collegiata della diocesi al seminario della medesima.

7. Sono i predetti capitoli, dignità, e canonici tenuti al pagamento della contribuzione, o sia tassa del seminario, come si deduce dal sacro concilio di Trento alla

citat., sess. xxiii, cap. 18, *De reform.*, e nel liquidare le annue entrate, ad effetto di regolare la tassa, dovranno osservarsi (sac. congreg. Concil., in *Panormitana* anni 1585, pag. 73 a tergo., in *Salernitana* anni 1589, in respons. ad 4, lib. vi *Decret.*, p. 22 a tergo, in *Avellinen.* 16 Januar. 1601, lib. ix *Decr.*, p. 120, in *Eugubina* 1 Decembr. 1603, lib. x *Decr.*, p. 140, in *Sabin.* 23 Jun. 1640, lib. xvi, in respons. ad 1, p. 394 et 395) le regole poc' anzi accennate, ed inoltre la seguente, ed è di non valutare nell'annua entrata ciò, che si dà a chi interviene ai divini uffizj a titolo di distribuzione, essendo queste esenti dal pagamento al seminario in tal maniera, che se i canonici non hanno prebenda, e se tutta l'entrata consiste nelle distribuzioni, non si devono questi canonici astringere al pagamento a proporzione di tutta l'entrata, ma di due delle tre parti della medesima, facendo in questo caso le dette due parti la figura di prebenda, e la terza delle distribuzioni secondo la vera intelligenza delle risoluzioni della sacra congregazione del Concilio.

8. E nel caso, in cui fossero stati uniti al capitolo, o alle prebende alcuni beneficij, acciò colle rendite di questi si costituissero le distribuzioni quotidiane, a proporzione delle annue entrate de' beneficij uniti, il capitolo, o i prebendati sarebbero obbligati al pagamento della tassa al seminario, come più volte è stato risoluto dalla sacra congregazione del Concilio. (Sac. congr., in *Narnien. contributionis seminarj* 2 April. et 30 Maii 1661, pag. 483, et 526, lib. xxii *Decr.*, et in *Lucana* 27 Januarii 1686, lib. xxxv *Decr.*, pag. 13 a tergo.)

9. E per terminare ciò, che riguarda i capitoli, si soggiugne, che per regolare la tassa, non si dovranno calcolare i legati pii delle messe, che ad essi siano stati lasciati, siccome nè meno l'elemosine, che si fanno alle loro sagrestie, ma solamente le rendite fisse, e stabili d'esse, ancorchè le medesime provengano da legati pii giusta la risoluzione della sacra congregazione del Concilio. (Sac. cong., in *cit. Sabinen.*, 23 Jun. 1640, lib. xvi *Decr.*, pag. 394 et 395, in respons. ad primum.)

§ III.

Della contribuzione, o sia tassa da pagarsi al seminario della diocesi da qualunque beneficiato, con cura d'anime, o senza cura d'anime.

10. Sono i beneficij curati obbligati alla contribuzione del seminario (sac. congr., in *Nicien.* 28 Nov. 1676, lib. xxix *Decr.*, pag. 312, et a tergo) essendo generalissime le parole del concilio di Trento nella più volte citata sess. xxiii, cap. 18, *De reform.*, e dovendosi considerare, che sono stati principalmente istituiti i seminarj per allevare i chierici, ed abilitarli alla cura delle anime, nè possono i parrochi pretendere esenzione per il motivo, che l'annua rendita della parrocchia non eccede la congrua

dei cento scudi, conforme ha altre volte risolto la sagra congregazione del Concilio, e proseguendo il discorso de benefizj curati, o siano parrocchiali, fa di mestieri, che la tassa dee cadere sopra l'annua fissa entrata delle medesime, e sopra ancora quei che si dicono *certi de incertis*, ma non sopra le rendite totalmente incerte secondo un'altra risoluzione della sagra congregazione del Concilio. (Sac. congreg., in *Panorm.*, de mens. Octob. 1587, lib. v *Decr.*, p. 23, et a tergo.)

11. Passando agli altri benefizj, devono i medesimi contribuire al seminario, ancorchè sieno di juspadronato, come si legge nel sagra concil. di Trento, ed ancorchè la nomina loro appartenesse a qualunque persona, benchè degna di specialissima menzione, conforme è stato risolto della sagra congregazione del Concilio. (Sac. congr., in *civitatibus Reg.*, mense Febr. 1586, lib. iv *Decr.*, pag. 11, et in *Messan.*, mense Febr. 1588, lib. v *Decr.*, pag. 96 a tergo.) Nè possono i benefizj secolari pretendere d'essere esenti dalla tassa del seminario, ancorchè la nomina, e l'istruzione appartenga a qualche religione, o monastero, come si deduce da una risoluzione della sagra congregazione del Concilio (sac. congr. Concil., in *Caputaquen.*, de mense Jul. 1587, lib. iv *Decr.*, in respons. ad 1, p. 159 et seq.) e ritrovandosi alcuni benefizj, che ricusano di pagare al seminario per l'incertezza a qual seminario debbano pagare, essendo il titolo del beneficio in una diocesi, ed i beni in un'altra, sembra a proposito il soggiungere, che la regola istabilita dalla sagra congregazione del Concilio (sac. congr., in *Lunen. Sarzan.* 19 Febr. 1604, lib. x *Decr.*, pag. 74 a tergo) si è, che il pagamento si faccia al seminario di quel luogo, in cui è la chiesa, o il titolo del beneficio, ancorchè i beni appartenenti al medesimo siano in un'altra diocesi, eccettuando il caso, in cui in questa seconda diocesi si fosse una qualche chiesa, che fosse come membro del titolo del beneficio, poichè in queste circostanze si dovrebbe a proporzione dell'annua entrata pagare al seminario di quella diocesi; in cui sono situati i beni, ed è situata la predetta chiesa, purchè questa chiesa fosse stata fabbricata avanti l'acquisto dei beni. (Sac. congr. Concil., anno 1573, lib. i *Decr.*, p. 23 a tergo, et in *Melphiten.*, eodem anno, lib. i *Decret.*, pag. 190, et a tergo) in tal maniera, che se prima fossero stati uniti i beni, ed applicati al titolo del beneficio situato nell'altra diocesi, e dappoi fosse stata fabbricata la chiesa, non dovrebbe il pagamento farsi al seminario del vescovo, in cui è situata la chiesa, e sono situati i beni, ma al seminario della diocesi, in cui è situato il titolo del beneficio.

12. Finalmente tutti, e singoli benefizj, o secolari, o regolari generalmente parlando sono tenuti al pagamento della tassa, ancorchè siano posseduti o dagli eminentissimi signori cardinali, o dai famigliari dello stesso Romano Pontefice, o dai chierici della

rev. Camera Apostolica, o da qualsivoglia altro ministro, o ufficiale, e ciò, parlando dei benefizj, che hanno avuto fino ad ora, e degli altri, che possono avere in avvenire, o essi, o gli altri, che ne' tempi futuri saranno promossi alle sopraddette dignità, uffizj, ed impieghi, come chiaramente si stabilisce nella costituzione di nostro signore, § *Cum itaque seminarii*, e le capellanie devono contribuire al seminario, se sono perpetue, e si conferiscono in *titulum*, ma non già quando sono amovibili. (Sac. congregat. Concil., in *Sabin.* 21 Jun. 1640, in respons. ad 2, lib. xvi *Decret.*, pag. 394 a tergo et pag. 393.)

§ IV.

Della contribuzione, o sia tassa da pagarsi al seminario dai regolari, e dalle monache.

13. La tassa del seminario deve pagarsi dai regolari, e da essa secondo la costituzione di nostro signore, sono esenti i regolari per quei benefizj solamente, e frutti, sopra i quali la Sede Apostolica ha ad essi concessa l'esenzione dalla tassa del seminario chiaramente, ed espressamente, e per una causa veramente, e propriamente onerosa, e nel liquidar la tassa s'osserverà quanto di sopra s'è detto.

14. Rispetto ai religiosi di Malta, se qualcheuno di loro avesse qualche beneficio ecclesiastico, che non appartenesse alla religione, dovrà questi pagare per il detto beneficio la tassa al seminario, come fu risolto dalla sagra congregazione del Concilio, (sac. congreg. Concil., in *Bracaren.* anni 1573, lib. i *Decr.*, p. 41 a tergo, et p. 42) e parimente se a'priorati, commende, e baliaaggi del predetto ordine di Malta saranno stati uniti, o si uniranno benefizj secolari, dovranno i religiosi di Malta contribuire ad *ratam* dell'annua entrata di questi al seminario, com'è stabilito da nostro signore nella sua costituzione al luogo citato. E perchè il sacro concilio di Trento eccettua dalla contribuzione quei collegi, ne quali s'insegna e si promuovono gli studj per il commun benedella chiesa, dalche è derivato, che qualche volta i regolari hanno preteso di non dover contribuire ai seminarj anche per i benefizj uniti a qualche loro collegio, in cui si promuovono detti studj, la sagra congregazione del Concilio (sac. congreg. Concil., in *Velitern. taxa seminarii* 24 April. et 31 Jul. 1703), ha dichiarato, che la predetta esenzione ha luogo ne' collegi de' secolari, e non dei regolari, e quando si è trattato di religiosi, che hanno preteso d'essere esenti per il motivo d'insegnar la grammatica, ed i casi di coscienza tanto ai suoi religiosi, quanto ad altre persone, che andavano alle lor scuole, la sagra congregazione (sac. congr. Concil., in *Bracaren.* anni 1573, lib. i *Decret.*, p. 41 a tergo, et 43) ha dichiarato doversi detrarre la spesa, che fanno per i salari de' lettori, e cho fatta la detta detrazione, paghino sopra il resto la tassa al seminario.

15. Subentrano le monache, che pure

sono tenute alla contribuzione, o sia tassa per il seminario a proporzione delle entrate che hanno ed osservata nella liquidazione delle entrate la regola pure esposta di sopra, dovendo esse riflettere, che se non vi fossero i seminarj, non avrebbero confessori, e direttori idonei per l'anime loro, e però è regola generale, che i beni posseduti dalle monache, per i quali pagano gli altri pesi ecclesiastici, non siano immuni dalla contribuzione del seminario (sac. congr. Concil., in *Caputaquen.*, 1589, in respons. ad 6, lib. iv *Decret.*, pag. 159 et seq.), se non hanno un titolo specialissimo d'esenzione dal detto pagamento, ed avvegnacchè più volte succeda, che dalle monache s'allega il titolo della povertà per esentarsi dal pagamento, sembra necessario l'avvertire, che il titolo della povertà suffraga a quelle monache (sac. congr., in *Catanen.* 20 Martii 1595, lib. ix *Decr.*, p. 9), che non hanno entrate, e che vivono di pure elemosine, o pure a quelle monache, che benchè possiedono alcuni beni descritti, e tassati nel libro delle decime, ed altri pesi ecclesiastici, sono però state esentate dal pagamento delle predette decime e pesi per il titolo della loro povertà, come altre volte ha risolto la sagra congregazione del Concilio. (Sac. congr. Concil., in *Patavina*, 1573, lib. i *Decr.*, p. 97 a tergo, et *Avenion.* 22 Aug. 1609, lib. xii *Decr.*, p. 73 a tergo, et 74.)

§ V.

Della contribuzione, o sia tassa da pagarsi dagli ospedali, confraternità, fabbriche delle chiese, monti di Pietà, e legati più.

16. Secondo il sacro concilio di Trento alla più volte citata sess. XIII, cap. 18, *De reform.*, quegli ospedali, che si danno in titolo, o amministrazione, devono pagar la tassa, o sia contribuzione al seminario, dalche deriva, che sono esenti da questo pagamento gli ospedali puramente laicali, (sac. congreg. Concil., in *Gravinen.* 23 Jun. 1594, lib. viii *Decret.*, p. 43), che non si danno per conseguenza, nè in titolo, nè in amministrazione, come ha altre volte risolto la sagra congregazione del Concilio, se per accidente non fossero stati uniti a questi ospedali alcuni benefizj, mentre ad *ratam* de' frutti di questi dovrebbero li predetti ospedali pagare al seminario. (Sac. congr. Concil., in *Messanen.* 2 August. 1696, in resp. ad 5, lib. viii *Decr.*, p. 183 a tergo.)

17. Circa le confraternità de' laici erette coll'autorità ordinaria anche nelle chiese de' regolari, sono esse obbligate (Sac. congreg. Concil., in *Lacuna* 13 Maii 1628, in resp. ad 4 et 5, lib. xiii *Decr.*, pag. 452 a tergo) al pagamento della tassa, se han benefizj uniti, o non avendo, abbino fondi certi, capitali, e legati, devono pagar la tassa a proporzione ancora dei frutti, e delle rendite dei detti fondi, capitali, e legati con avvertenza, che nella tassa non si devono comprendere quelle altre rendite, che ricavano da certe quote pecuniarie, che si pagano, dai confratelli ogni mese, o ogni

anno, o per titolo d'elemosina, o in sequela degli statuti, come ha determinato nostro signore nella sua costituzione, § *Cum itaque seminarii*.

18. Le fabbriche delle chiese, che hanno i loro assegnamenti, le decime, che per qualsisia capo sono venute in monade' laici, e delle quali si vogliono pagare gli altri sussidj ecclesiastici, giusta il sagra concilio di Trento al luogo più volte citato, non possono esentarsi dal pagamento a favor del seminario, il che pure ha luogo rispetto a' monti di Pietà (sac. congreg. Concil., in *Messanen.* 2 Aug. 1596, lib. viii *Decr.*, pag. 185 a tergo), se ad essi saranno uniti i benefizj, poichè questi monti di Pietà saranno obbligati a pagare in vigore dei benefizj uniti.

19. Resterebbe il dire qualche cosa circa la quantità della tassa, ma parlando di questa, altro non occorre soggiungere, se non che secondo la costituzione di nostro signore, ella non può esser meno del tre, nè più del cinque per cento, e che sin tanto, che dalla congregazione deputata da sua Beatitudine non sarà approvata la nuova tassa, si paghi puntualmente la tassa, che si è per lo passato pagata al seminario, il pagamento della qual tassa non può essere in veruna maniera ritardato da qualunque inibizione, che si spedisca da qualsisia tribunale, come ha altre volte risposto la sagra congregazione del Concilio (sac. congr. Concil., in *Sabinen.* 2 Jul. 1650, lib. xix *Decr.*, pag. 63 a tergo, et 64, et in *Interamnen. taxa seminarii* 11 Maii 1720); ed acciò per bene imporre la tassa si cammini colla maggior possibile sicurezza, dovrà ciascun ordinario imporre a tutti quelli, che sono obbligati al pagamento d'essa l'esibire nella sua cancelleria dentro un termine conveniente la notula giurata delle annue rendite, che detratte le spese, come si è detto di sopra, ricevano da benefizj, o beni da loro posseduti, ed obbligati alla predetta tassa, come per appunto si tratta nell'esazione delle decime Papali.

20. Aggiungendosi per compimento di questa istruzione, che essa è stata letta, considerata, e corretta dalla santità medesima di nostro signore, quale ha comandato, che si stampi, e si trasmetta, come si fa, ad ogni ordinario.

(182. *Seminaria clericorum debent institui, ubi adhuc non sunt, et augeri ubi opus fuerint, et ab episcopis saepe visitari, singulorum adolescentium vitam, indolem et in studiis profectum explorando, magistros idoneos, virosque ecclesiastico spiritu praeditos ad eorum culturam destinando, litterarias ipsorum exercitationes, sive ecclesiasticas functiones quandoque praesentia sua decorando, aliqua demum beneficia iis, qui virtutum suarum specimen clarius praestiterint, majoremque laudem retulerint, conferendo. Sic expresse Benedictus XIV, tom. I, Constitut. 2, incip. Ubi primum.*)

(183. *Hinc juvat afferre aliqua ad rem edita a sacra congregatione Concilii decreta*